



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1563 usque ad annum 1566

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118626

§. 13. Concilium Cameracense.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67192](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67192)

Sæcul. XVI. post SS. Trinitatis Festum anno Christi
 A. C. 1565. millesimo quingentesimo sexagesimo
 sexto esse celebrandum decernebatur.

§ XIII.

Concilium Cameracense.

Cum Maximilianus a Bergis Camera-
 censis Archiepiscopus novam digni-
 tatem suam Archiepiscopalem, de qua
 cum eo contendebat Rhemensis Archi-
 præsul, publico exercitio firmare vel-
 let, pariter in urbe sua Metropolita-
 na ineunte Mense Augusto Anno post
 Christum natum millesimo quingente-
 simo sexagesimo quinto suam celebra-
 bat Synodum, ubi aderant ex Episco-
 pis Tornacensis, Atrebatensis, Audo-
 marensis, & Namurcensis. Porro prius-
 quam hujus Concilii acta incæperant,
 fidei professio prælegebatur, qua abso-
 luta viginti, & unus (*) proponeban-
 tur tituli, seu articuli in plura divisi
 capita, & quidem in primo libri hære-
 tici, suspecti, ac prohibiti condemnan-
 tur. II. Agitur de scholis, & sollicitu-
 dine

(*) Errore typi habetur *viginti & unus*,
 cum legendum sit *viginti duo*, totidem enim
 articuli in hoc Concilio fuere stabiliti, quos
 Continuator confuso ordine proposuit, omit-
 tens secundum, *de lectionibus Theologicis in ca-
 pitulis, & monasteriis.*

dine Magistrorum, quibus juventutem **Sæcul. XVI.**
 imbuendi cura est demandata. III. **A.C. 1565.**
 Præscribitur modus erigendi Semina-
 rium pro educatione Clericorum. IV.
 Differitur de doctrina, & Verbi divini
 prædicatione. V. De cultu, ritibus, &
 officio divino. VI. De Ministeriis Ec-
 clesiasticis. VII. De examine Episco-
 porum. VIII. De Parochorum exami-
 ne. IX. De vita, & honestate Cleri-
 corum, X. De residentia Episcoporum,
 & Pastorum. XI. De eorum Officiis,
 & functionibus. XII. De visitatione
 Episcoporum. XIII. De potestate, &
 Jurisdictione Ecclesiastica. XIV. De
 Matrimonio, denuntiationibus, & spon-
 salibus &c. XV. De Decimis, oblatio-
 nibus, & portionibus, quæ Parochis de-
 bentur. XVI. De Purgatorio. XVII.
 De Religiosorum, & Monialium Mona-
 steriis. XVIII. De cultu Sanctorum,
 eorumque Imaginibus. XIX. & XX,
 De veneratione eisdem debita, necnon
 de miraculis. Denique XXI. & XXII.
 De reliquiis, & indulgentiis. Ad fi-
 nem hujus Concilii decreta Tridentinæ
 Synodi fuere confirmata, & acceptata,
 huncque in finem præscripta est formu-
 la, cui omnes, qui Synodo intererant,
 sese subscripserunt (*).

§. XIV.

(*) Tridentinam universalem Synodum
 Cc 3 a Pro-